tate salutis; quod esset ptra omniē theologicā discipli-
nā. et alia. c. ois. de pe. et remis.

Quis potest concedere indulgentias: Rū. fin
docto. in. c. qd' autē. et. c. cum ex eo. de pe. et remis.
Primo papa qui habet plenariam potestatem; et
eui thesaurus ecclesie et meritis christi et martyrum
et aliorum sanctorum aggregatus; est cōmissus. po-
test indulgentias facere cui vult et quando. causa
tamen existente legitima. Archiepiscopus quoqz
licet non sit iudex ordinarius omnium de sua. puin-
cia: ut dictum ē supra. Archiepiscopus. potest nō
solus in diocesi sua: sed etiam in tota sita prouin-
cia indulgentias concedere: dummodo non exce-
dat statutum concilij generalis. extra de pe. et re-
mis. nostro.

Quartam autem indulgentiam concedere possint prelati ecclesiarum circa papam: **R.** Panor. in dicto. c. cum ex eo. ex illo ter. concludit. q; in dedicacionibus ecclesiarii ditarar possunt concede re annum. Sed pro alijs quibuscum causis non possunt concedere ultra. xl. dies. Et hoc teneas: quicq; dicant aliij. Et sic omnes prelati cuiuscum dignitatis sint: non possunt concedere indulgentias: nisi vt dictum est. Et licet littera loquatur generaliter de prelatis. non tam intelligas de inferioribus episcopis: quia inferiores prelati non possunt concedere indulgentias: q; hoc est dignitatis episcopalnis. vt est tex. singularis in. c. accedentibus de et. vte.

Cum autem electus et confirmatus in episcopum non coelectatus possit coedere indulgentias: maxime si non sit sacerdos: et sepe ista questio accidit in legato apostolico non presbitero. Hosti. in dicto c. accedentibus, teneret quod si est presbyter potest concedere. alios secutus. Jo. autem Lal. post Tho. tenet quod etiam si non sit sacerdos: hoc possit. Et hoc idem in legato. Idem Paris. quia coedere has indulgentias procedit ex dispensatione bonorum ecclesie: et sic ex iurisdictione, ergo isti possunt: cum habeant iurisdictionem licet non sint coelectati in episcopos vel sacerdotes: ut in c. et transmissa. de elec. Et per peccatum non tollitur predictis potestas ista ordinatur.

tamen ab ecclesia tolerantur fin Ray. et Hostie.
Inferiores tamē prelati possunt cōcedere participationē bonorum cōgregatiōis sibi cōmisſe. nam
hēc p̄cipiatio fit p̄ mutuā charitatē.

Conuersi episcopus vel archiepiscopus excedit indulgentia ultra predicta taxam. non quid saltem valebit pro numero dierum quam possunt dare? **R.** **S.** in c. f. de pe. et remis. li. vi. f. m. **I.** o. mo. di- cit. q. talis indulgentia est oīno nulla per ter. qui dicat. Ita tamē q. statutum generalis concilii non excedat. ergo videē potestas eoz limitata intā. q. si excederent: potestate nō haberent. Et sic totū videref factum ab illo qui potestatem nō haberet. ergo nō valet. Idez **M.** **J.** aufē an dicit. q. va- let vsc̄ ad summā. quia hec est quedam liberali- tas. Et in his t̄ donationib⁹ dicimus q. valent p. parte vsc̄ ad legitimū modum: et iur residuo non Hanc opinionē videtur approbare **P.** an. ins- mili de quinquagesima epi. Aut centesima. de quo vide s. **D.** onatio primo.

Done q[uod] episcopus dedit. xl. dies indulgentie Successor eius iterū dat. xi. dies. An utraq[ue] valeat: R[ec]t. Ge. vbi supra ex mente Jo. an. in additionib[us] Spe. dicit q[uod] non: quia pertalem multiplicationē posset veniri contra concilium cum ex eo. s. allegatum.

En autē tales indulgentie cōcesserūt per legatos
et alios prelatos sīnt perpetui. **R.** n. glo. singularis
in. c. si. de offi. le. dicit. q[uod] indulgentie quas sepe le-
gati cocedunt; subuenientibus ad reparationē pen-
titū; vel loci religiosi; durant post finitā legatione
quādmodū et eorum statuta; etiam si in eis conti-
neat pena excommunicatiōis. Ideū nō dic de indulgentiis
aliorum prelatorū. Et hoc est contra multos; cre-
dentes indulgentias reuocari per mortem conce-
dentis.

TQuid autem de reuocatione indulgentie et non
ceat ante certificationem. Exempli olim per papaz
Calixtum cocessa fuit in dulgētia plenaria omnibus
q̄ dabant subsidium tūc. Postea p̄ successore fuit
reuocata. nūquid illi qui et bursauerūt pecunias
suis illo intermedio sp̄e, puta a die reuocatiōis et
noticie. Un̄ habuerint dictā indulgentia. Hic fin
docto. in. c.i. de cōcess. p. l. vi. q̄ sic. Et Be. ibi dicit
q̄ talis indulgentia valet quo usq; certificati fue
rint illi: quibz cocessa est: nili in dicta reuocatione
esset clausula decreti: vel qđ simile. per qđ exp̄esse
appareret de voluntate pape contraria. Ita q̄ vel
let q̄ a die bullatōnis nō ampli⁹ valeret. qđ tamē
comuniter non sit.

¶ Quic autē dicendū ecōtra. An pūilegū sumat
vires suas statim cū papa pcessit illud. puta papa
cōcessit alīciū pūilegiū ut nō posuit ercōmunicari vel
huiusmodi. An censeat adempta potestas ordi-
nario p tale pūilegū. Se. vbi s. refert quodā di-
centes q statim bullato pūilegio. Et hoc quidam
intelligit: qñ q s p vei, peuratoře ad hoc datum
imperat talē indulgentiā q ercōmunicari non
posuit. Hā ex quo cōcurrunt volūtas xcedentis in-
dulgentiā et imperatū statim haber efficaciā: enā
si tales ius habentes in pūilegio: hoc signorū:

Indulgentia Fo. CXXXVIII.

quia possent esse plures. Et si papa i præiugio dicere: presenti: ver se vel perniciem; prohibemus omnibus ne quis eum excommunicet. Idem est. Sciamen enim effectum habet: quia concurrit voluntates predicere. Si vero nec per se: nec per nūcium quod impletat talē indulgentiā: sed papa proprio mandato vel ad instantiā alterius dicit quod nisi appareat de voluntate contraria cōcedentis. p̄mplegiatus non gaudet beneficio indulgentie nisi postquam ad eum peruenient. Idem videlicet tenere Inno. et Illo. Et hec faciunt ad ea que dicta sunt s. Excommunicatio vi. in fin.

Quid autem si in p̄secratioē ep̄pus et archiep̄pus cōcurrant: et quilibet dat annum? Rū. Dir. li. i. fm. Hosti. dicit quod cōponenciales habebunt annum. Subdit vero ep̄bi biennium.

M̄nusquid autem concedens indulgentiā habebit eam: si facit ea: ppter que cōcedit? Rū. Dir. refert quodam theo. tenere. q̄ sic. Idem Vin. in dicto. c. cum ex eo. Ad hec faciunt nota. p̄ doc. in c. p̄ venerabilē. qui si sunt le. vbi princeps potest legitimare filios suos. non tanq̄ pater: sed tanq̄ p̄nceps. Et sic gaudet p̄iugio: quo ceteri participes gaudent.

An autem unus possit alteri indulgentiā mereri? Rū. non potest nisi. pcedat ex intentioē dantis. vñ posset si indulgentia fieret hoc modo dicēdo. q̄ ille qui facit vel p̄o quo sit habeat talem indulgentiā. Errato est fm theo. quia licet p̄iugium opus possit quis p̄ intentionē cuiuscumque voluerit applicare. Et sic cum sati facio sit p̄iugium opus. poterit quis cui voluerit p̄ intentionē suam applicare: et sic p̄ alio sati facere. Indulgentia autem non est p̄iugium opus sed eius qui dat indulgentiam. quod opus ipse applicat p̄ intentionē ad hunc: vel illum qui sic fecerit et. Et p̄ sequēs non potest quis hāc intentionē ad alterū transferre.

Quid si quis faciat plures i die illud. ppter quod indulgentia est cōcessa: vel cum vadit ad locū ubi indulget remissio. nūquid habebit totiens indulgentiā: quoties vadit? Rū. aliqui dicunt quod quando indulgentia ad determinatū temp̄ datur: ut cuī dicatur. Quicquid inuerit vñq; ad tale tempus ad ecclesiā talē habebit tantu de indulgentia. Intelligitur tñ semel. Sed si in aliqua ecclesiā sit p̄petua indulgentia sicut in ecclesiā beati petri est indulgentia. et. dierū. tunc quoties aliquis vadit totiens in indulgentia cōsequitur. Et huius sententia est Tho. fm vo Inno. et Gual. in Spe. quando indulgentia cōsistit in visitatione alicuius ecclesiæ: tunc pro qualibet vice qua quis ad ecclesiā vadit indulgentias habebit.

Sed quid de his qui deferunt multas litteras ep̄os: et leguntur deis i uno loco: assiētes quod talis ep̄s facit talē indulgentiā: et talis talē. nūquid p̄dest cōseruent. Ita quod omnes indulgentias capiant? Rū. fm Dir. q̄ non. sed illi tñ qui subest ep̄o indulgentias facient: nisi forte et is qui cōfert: habeat licentia a suo iudice quod tales indulgentie illi. p̄sunt ar. exē defo. cōpe. significasti. vel si uis cōfessor ei indulgē-

rit: quod possit p̄ tales indulgentias redimere penitentiā. extra de pe. et re. qd aut. vbi Panor. dicit quod tu. si mū est et valde expediens ut volens p̄geminari et v. si tare loca pia: habeat licentiam a proprio iudice: et gratias p̄ticipandi indulgentiā alienis. hoc tamē intellige de indulgentiā concessis ab alio q̄ a papa. Nam respectu pape quilibet est subditus. ut in c. cuncta per modum. ix. q. ii. hoc etiā verum in si indulgentia esset restricta ad habitatores certi loci: que tamen sic cōmuniter non cōceditur: sed generaliter.

Quid autem indulgentie? Rū. fm Hosti. p̄sunt tñ viuis et non mortuis: sicut enim membrum corporale putridū vel resecatū vel mortuū non potest nutriti: vel vivificari cibo corporali: sic nec membrum spirituale: cibo isto spirituali. Ideo excommunicatis. hereticis et schismaticis sic existentibus non p̄sunt orationes. nec ieunia. nec elemosyne. nec indulgence: tunc quo ad effectum spiritualis nutrimenti: h̄ nec mortuus p̄sunt huismodi remissiones. licet alia suffragia ecclesiæ p̄sunt: quod charitas sola p̄dest in purgatorio. Cum fm p̄sperum. Sit in omnibus fidelibus operosa. de pe. di. ii. charitas. Sed potestas clariū non habet ibi locū. Pro predictis facit quod nec... Rū. in iii. di. xx. vbi querit. An valeant indulgentiae existentibus in peccato mortali. Et cōcludit quod non habet ratione: quod non potest fieri remissio penitentie culpa. Et ideo cum p̄ indulgentias non remittatur existentibus in mortali peccato culpari: non remittetur eis per indulgentias aliquid de pena. Bona tamē facta in mortali disponunt de cōgruo ad penitentiam. Et illa mediante ad suscepionem remissionis peccatorum per diuinam misericordiam. Quo tamen ad existentes in purgatorio dicit Rū. q̄ illi qui sunt in purgatorio: cum ecclesiā militante. aliquo modo cōmunicant in pena. Cum triūphante in impossibilitate peccati: tamē cū vñq; in charitate. Et ideo quia cōiuncti sunt cum militante ecclesiā per charitatem: maximo auxilio indigent: quia non sunt in statu in quo possint penam assu: nere voluntariam: per quaz citius admittere: etur ad visionem beatā. Ideo ecclesiā potest eos iuuare: cōicādo eis merita uiuorū non tñ p̄ modū auctoritatē vñlūndicū: p̄ q̄ directe iuuant illi q̄b̄ directe p̄sunt indulgentie. Et per predicta solū questio: que de facto accidit de indulgentia plena: cōcessa olim per Calixtū papam patribus et matribus defunctis fratribus ministris: si qui in purgatorio reip̄p̄bantur. An valeat dicta indulgentia? Dic per predicta quod sic: per viam cōiunctionis bonorum spiritualium ecclesiæ. Et sic indirecte. non autē directe p̄ viam auctoritatis seu iudicij. quia sic illos nec ligare nec absoluere potest.

H̄tum ille cui iniuncta est penitentia. vii. annos: et postea p̄secutus est indulgentia. Septem annos teneatur postea agere penitentia illam: Rū. q̄ non tenetur amplius penitentia illa agere: dum tamē peccatum oīno p̄ cōtritionē dimissum sit: q̄ p̄ omni peccato mortali duplex pena debet. sc̄ eterna et temporalis. de peni. dist. i. si peccatum. Sed

Indulgētia

per cōtritionē pena eterna dimittitur seu in temporalem cōmutat. de pe. di. i. verbū. Temporalis
vō p satisfactionē. vt in dicto. c. si peccatū. Et per istā penā qualitercūq; satisfactionat ecclie; dū tamē
nō decipiāt ecclie sufficit; t̄ absolvit⁹ est. xxiij. q.
i. quodcūq; nec tenet amplius de necessitate ieiunare; vt bene p̄batur in dicto. c. qd̄ eūt. vbi dicit
q̄ p tales remissiones eneruas penitentia satisfactione. Et Panoz. ibi reprobat opinionē dicentium
q̄ huiusmodi indulgerie p̄iunt quo ad penitentiā
hic iniunctā; dūmodo sacerdos qui p̄ius indulgit
penitentiā; hoc cōcedat vt possit cōpensare penitentiā
cum indulgentia. al'secus. Sed hec opinio nimis
restringit potestate t̄ effectum indulgentiar. Nam cū hec indulgentia p̄ficeat et thesuarō ecclie;
cuius potestate habet papa cōpensandi: debet,
p̄dese quib⁹ papa cōcedit: vel alias prelatus
habens ad hoc potestatem. vnde non est necessaria
licentia sacerdotis licet sit consilium ut habeat
licentia.

Quid valent iste indulgentie? **R**u. **Em** **Gos.**
Most. **r**theo. **q** tantū valēt quātū sonant. vide
le^c. **xl**. **d**ies indulgentie valent quātū. **xl**. **d**ies peni-
tentie fin taxationem factam; sine a iure sine a sa-
cerdote; sine a iusticia divina. **D**ies enim isti sine an-
nō: non sunt anni celi nec purgatorij; sed mūdi. **E**t
sicut in mundo. **xl**. **d**ies penitentie plus valent p-
ficien^t cum maiori feruore q̄̄ valente alteri. Ita
xl. **d**ies indulgentie plus valent illi qui cum maio-
ri charitate vel rei date quātitate; accedit. Scien-
dum tamē q̄̄ aliquādo indulgentie sonant nume-
rum dier̄ ut quando dicitur. **Q**uicunq̄ ierit r̄.
habeat. **xl**. **d**ies de indulgentia. Aliquādo sonant
numerum annorum: vt cum dicitur. **Q**uicunq̄ ierit r̄.
habeat duos annos r̄. Aliquādo sonant partē
peccatorum: vt cum dicitur. **Q**uicunq̄ ierit vell sic
fecerit: habeat suorum peccatorū tercie vel quarte
partis remissionem. Aliquādo sonant plenariaz
remissionem. Si indulgentie sonant numeri dier-
um: tunc talis indulgentia deber sic intelligi q̄̄ si
alieni essent. **xl**. **d**ies de penitentia iniuncti. **xl**. **d**ies
de indulgentia. Ipsilon penitentia euacuat. **E**t si sī
quis tenebat ieiunare. **xl**. **d**iebus. habita indulgen-
tia. **xl**. **d**ierum: non tenetur amplias ieiunare. Ita
enī dicitur in forma litterarū. **xl**. **d**ies de iniunctis sibi
penitentij: misericorditer relaxamus. Si sonant
numerum annoū: tunc similiter intelligendū est.
videlicet q̄̄ penitentia in confessione unius anni in-
tūctam: unus annus indulgentiarum solvit. **E**t si
dicitur: ponamus: tanta mibi non fuit assignata
penitentia: vt communiter. **Q**uid dicendū? **D**ico
q̄̄ tibi in purgatorio recompensabitur ac si illam se-
cūles. et tibi iniuncta fuisset. vnde posito q̄̄ quis p-
decennū in purgatorio stare deberet. **E**t ip̄e. vii.
annos de indulgentia in vita habuisset: certe solē
per triennū in purgatorio puniret: quia quod se-
mel fuit relaxatum: amplius a christo non repetit:
Si autem indulgentie partem peccatorū sonant:
tunc tantū valent acli quis penitentia illius p̄ta
suum peccatorū fecisset. **E**t si talis in gratia dece-

+ Additio secunda est si pp. sat plenissimè emisiverunt protoc. si non sit a p. et a r. p. admissi
gat frat. a p. et a r. p. R. 10. de inv. 19. roficio qd. insipit inv. non. qm. re. visa quod bulla
et qd. sit pp. suplatim ibi positio go alia plenior invicem non est in suplatim qd. non habent suffi-
ciam. et si non qd. reb. sit emisso omni protoc. illi. facta a p. et a r. p. alius non est plenissi-
matio si dicitur illa qd. sit a p. et a r. p. et plenissimè. et si qd. non sit plenissimè emisso. si adgit et am-
bitus et a r. p. sed adiecta i superabundante ratiōnā. An et si pp. fondat plena emisso. omni protoc.
illigant ut sit non sufficiens. a p. et a r. p. secundum qd. sit. et ea qd. no. m. c. ad liberasq. s. iudicet p. qd.
et p. om.

deret: manifestum est qd in purgatorio: nisi p re-
siduo puniretur. Si plenariam indulgentiam so-
nant. Clavis est qd ei plenaria pena relaxatur. Et
si in illo instanti moreretur absqz additione noue
culpe: peccubio si fuisse peccatorum maximus
ad celos enolaret. Nota tamen fm Augu. de an-
cho. prout recitat Archi. slo. in summa: qd quatu-
or sunt que faciunt retardare ne statim enoletur
obstante qd in litteris papalibus dicitur plenaria
indulgentiam cōcedimus. Primum est forme indul-
gentie taxatio: vt si dicatur. Tibi indulgentia ple-
nariam omnium peccatorum tuorum de penitentia ti-
bi iniuncta indulgemus: tunc si moreris: non statim
euolares: sibi maior: sibi penitentia fuerat iniun-
genda. Et vigore indulgentie non sibi remittitur:
nisi pena iniuncta a pfectiore. Pro illa ergo parte pe-
ne que sibi debebat iniungi in foro penitentie luet
in purgatorio. Secundum est alius: peccati omis-
sio per obliuionem vel ignorantiam. sed qd non fuit
de eo confessus. Et hoc precipue videtur habere
locum: quādo dicitur in forma indulgentie: qd ha-
beat remissionem omnium peccatorum: de quibus
eo: de cōtritus et ore confessus est: quia non valeat
quo ad peccata nō pfectio. Sed de hoc infra. Ter-
cium est alicius mortalis peccati post cōsecre-
tūm indulgentie perpetratio. De illo enim licet
sitetur et satifaciat: non tamē habet indulgentia
quo ad illud sequens. Quartum est culpe venia-
lis in expurgatio. id est qd decedit cū aliquo pecca-
to veniali: de quo non est contritus: sed fuisse in
affectu eius. stant enim venialia cum gratia et nō
potest remitti pena remanente culpa. unde indul-
gentia quo ad talia quibus est affectu fuisse: non
valeat. Sed si ista non impediāt: cum alijs que cō-
currit debent: puto qd papa a tota pena et culpa ab-
soluere potest: ita qd talis enolabit.

Sed que sunt alia que concurrere debent ad huiusmodi indulgentias consequendas. **D**ic quod quatuor requiriuntur. **D**uo ex parte dantis. scz auctoritas et causa rationabilis. **A**lia duo ex parte suscipientis. scz quod sit in statu merendi. et ut faciat illud pro quo indulgentia datur. **E**t ob defectum huic ultimi indulgentie non valent his qui libenter facerent illud pro quo indulgentia datur; sed non possunt: et quod indulgentia datus sub hac forma. ut faciat vel det hoc vel illud. **V**tpnta est indulgentia mediolani certis temporibus plenaria bis qui porreverint manuadjudices; scilicet fratres minores et alij religiosi nihil habentes illi uacantes et deuotissime non cōsequitur illa: n*on* indulgentiam virtute talis privilegium. **N**uid ergo baberent facere in hoc casu: ut et ipsi dictam indulgentiam consequatur. **D**ebent facere ut aliis pro eis aliquid tribuat. **E**t hoc nota.

Cest per predicta patet quid sonat remitto tibi
vnum annum de penitentia iniuncta. Nam iste
est sensus finis Inno. et Hosti. id est tempore ministrorum
prieris in purgatorio: quantum esset: si uno anno coi-
egisset penitentiam in hac vita. Nec probas genera-
les indulgentias: non ministrum debes agere prieam in hac

* Additio p maiori host. geratior qrit an similes sacerdotis possint dare i Blegentias i foro pmalv.
P. Inw. 73. c. 49. de i bari ibi i addi.
tenet q sic i possit roride q emis
fuerit no suorum iudicium uti possint de hanc part. i r. sicut dicitur de homi ubi sit q sacerdos ex officio
de necessitate non teneatis: tu or nescis
ligiosi illius loci ubi indulgentie conceduntur: con- mille.

Vita **H**uius de necessitate non tenearis: tu qui nescis
vix sacerdos iniurierit tibi penitentia quia debens
sit. Nam hodie vir iuste imponit: cui pro quo libet
peccato mortali: septembris penitentia debeat. **X**xiij.
q.ij. **bocpm.** Et cu illud qd nō est purgari i hac
vita: debeat purgari in purgatorio: fatuus est et
simpler qui ibidē huiusmodi indulgentias non re-
sernat cu ipas reseruauerit tot dieb quot hic re-
misse sunt: ut minus in purgatorio puriendus q
fuerit. Sed illis tñ pluit: quibz dñ viuerent fa-
cta fuit remissio. Et hoc intelligas de pectoralibz
remissionibz que fuit per papam vel alios inferio-
res dicentes tñ de iniuncta penitentia relaxamus.
Sicut de generali et uniuersali: per quia ois satis-
factio remittit que a solo papa fieri consuevit. Idē
Dir. Et hoc de papa intelligendū est: quā in tali re-
missione generali in dñ refert le ad penitentia iniuncta
sed absolute et generaliter remittit. Als secundū fin
Aug. de anch. 7 arch. flo. ve dictio est. +

An antequili dies sunt utiles vel cōmūrūt. M. Panor. post II Hosti. extra de pe. 7. re. cum er. eo. di cit q. dies debent esse utiles. Annus vero est sūmūt q. inutig in penitētia; hoc est q. si deboe ieiunare in anno per xl. dies. lix. interpolatūt ut q. forte qua liber septimana deboe ieiunare semel; valet illa indulgentia. xl. diez ad tollendūt omnes istos. xl. dies vnde nō currunt quotidie; sed sunt utiles. De anno vero sic intellige. deboe agere penitentia p. annūt qualificaz sit illa penitētia. puta ieiunando p. annūt semel in septimana tollit iste annūt p. hanc indulgentia annualē. Ita q. indulgentia anni nō dividit p. dies; sed valet respectu anni integrī; put penitētia est annualis.

¶ Querit de q. quotidiana. Un indulgentia constella vere penitentibus et confessis; psit illis qui fuerunt confessi semel in anno et habet ipsius confitemendi et punctione de peccato pterito. R. Fin pano. in c. ois. de pe. t. re. q. sic. nam isti dicuntur vere penitentes ex quo habet contritionem et vere confessi ex quo fuerint confessi tempore determinato et habet ipsius possumus fitendi. Nam contritio est illa: q. multus operatur apud deum. Idem Car. in cle. i. de reli. et ve. sanctorum ybi etiam querit de alia. q. quotidiana. Datur indulgentia per totas octauam corporis Christi interessentibus dominis officiis in ecclesia. Quid si ob multitudinem populi omnes non possunt intrare et defensare pars populi audit divina extra ecclesias. Un tales habebunt tale indulgentiam videt q. non predicta: quia ex quo indulgentia est data sub forma dictarum qui audierint in ecclesia. Glo. soluit q. non gaudebit bac indulgentia. Dau. dicit q. si et necessitate celebretur extra ecclesiam sub tetrono gaudebit presentes indulgentia. E. cludit tamquam propter verbū in ecclesia. tunc est tenere q. non sufficiat bonus interessus extra ecclesias. Dicit tamquam si propter turbam omnes non possunt ingredi ecclesiam: stantes extra ambitum muros: gaudebunt indulgentia: quia sufficit voluntas intrandi. Et q. pecos non stat. p. regulis Imputari.

Dicitur autem vicini ecclesie ut clericu vel re-
at hunc finitas possit totum dimiti. Siq[ue]d
sumit. Q[uod] go q[uod] sepe t[em]p[or]is r[ati]onib[us] t[em]p[or]is
delibet p[er] p[ar]t[em] suam sit ap[er]tura a sacerdoti. P[er]
q[uod] n[on] d[icitur] i[de]o p[ro]p[ter]eas q[uod] talis habeat tota p[ar]te
q[uod] illigat s[ed] r[ati]onib[us] p[ar]te q[uod] go faciat s[ed] q[uod]
totu[rum] p[ar]te. no[tr]a d[icitur] d[omi]n[u]s. que n[on] d[icitur]
ex aliis hoc excludit facit si ei obulus daret
malum. q[uod] hoc excludit q[uod] i[de]o d[icitur] ip[s]i p[ar]te.
Sicut h[oc] n[on] e[st] i[de]o d[icitur] omni d[icitur] talis
efficiens p[ro]positi op[er]is. No[tr]i l[or]do ep[isc]op[us] de rosi
no[tr]o p[er] tu[m] r[ati]onib[us] q[uod] i[de]o p[ro]p[ter]eas alioz ep[isc]op[us] i[de]o
quodammodo p[ro]p[ter]eas r[ati]onib[us] erit. Et si fo[r]mula
n[on] sum ut ibi indicat d[icitur] q[uod] alium
d[icitur] ep[isc]op[us] t[em]p[or]is. m[anu] nos r[ati]onib[us] d[icitur].

ligiosi illius loci vbi indulgentie conceduntur; con-
sequatur tantam indulgentiam quam tam remoti.
Qd sicut quia remissio non proportionatur labori
sed meritis que dispensantur; sed qui plus labo-
rat; de merito plus acquirit. Mota tamen fin asten-
q propter indulgentias dissoluti non debet obser-
uantia regularis; quia religiosi magis merentur
religionem fernando; quo ad premium vite eter-
ne q indulgentias exqurendo. licet minus quo
ad dimissione penae quod est minus bonus. Nec
iterum per indulgentias dimititur pene iniun-
cte in capitulo; quia ibi agitur quasi forum indici-
ale magis q penitentiale. unde non sacerdotes
quandoq capitulii tenent; sed aboluntur a pena
iniuncta; vel debita pro peccato in foro peniten-
tiali.

Videlicet querit de q. quotidiana. Pone quidam
haber prauilegium a papa; q semel possit absoluti
plenarie i articulo mortis. Et fecit se absolu*tus*; post
ea liberatus est. Tunc virtute dicti prauilegiu*s* possit
iteru*m* in alio articulo mortis absoluti. **R**u*m*. Artic-
ulo. in sum. dicit. non potet aliquis q q*ui* semel in
articulo mortis fuit; et v*ul*s fuit tali g*ra* q*o* postea i
alio articulo mortis vi*m* valeat; n*il* papa latiore*m*
auctoritatem daret q*o* dat; q*ui* ponit q*o* in articulo
mortis duxar*t* semel. Et ita n*isi* fuit fin*e* eum
in c*o*cili*e* constanc*e*nsi a litteratissimis viris. Nec
miru*m*; quia prauilegiu*s* de indulgenti*s* tantu*m* dat
quatu*r* sonat. no*n* aut exted*t* d*z* ultra.

Vtrū indulgētī faciēdē sint, p̄ subſidio rēpo-
rallī. Rū. fin. Rū. q̄ p̄ talibō p̄ncipaliter nō de-
bent dari spūalia. Mā cu dant indulgētē p̄ ecclē
suis vel hōspitalibō cōſtrēdīs; nō dant; vt in illis
talibō ſitātē led̄, p̄ter vtilitatē spūalem cōſequē-
tem. Et ideo nō dant p̄ talibōbus: iñſi in quārum
ordinant ad spūalia.

An autem pedificatione pontis licetum sit dare indulgentias. **D**ic fuit Panor. in dicto. e. qd autem quod pons fuit aut reficit in aliquo loco piculos. **V**bi pegrini et pauperes sepe laqueabant mortis periculum in transitus licetum est. al. sec.

Vtrū cruce signatus qui morte ante h̄ iter ar-
ripiat; hebeat indulgentia. Rū. fm Tho. fo:ma
paulegij siderada est. #

Afidelis. Vtrū siceat cū infide-
liby cōicare? Rū. fm Tho. q̄ in fide fir-
mi sunt ita q̄ ex eorū cōicatione cū infi-
deliby sperat magis illoꝝ cōuersio ꝑ horū subuer-
sio; nō sunt p̄hibendi cōicare cū infideliby. Sim-
plices aut̄ et infirmi p̄hibēdi sunt ne sine magna
necessitate cū eis cōuersent.

Dicitur cu[m] infidelib[us] sit disputad[u]. R[espon]s[u]. q[uod] nulli laice psone licet disputare d[omi]ni fide cu[m] infidelib[us] p[er] tertiu in c[on]traq[ue]stio[n]em de bere. li. vi. vbi sic habet. Inhibemus quoq[ue] ne cu[m] laice psone liceat publice vel prima[m] de fide catholica disputare. qui vo[c]o contrafecit intercognitionis laqueo innodet. S[ed] lo[in] v[er]ba laice, forte intendit delaico ad moduz ultramontanorum qui illitteratos laicos vocat. Quid enim est dicere. q[uod]

finiti & ablati; pñ finitari aliqñtis sup̄teret totū
negligere idq̄ntias q̄ multū valeret ad remittendū
a iure. sicut a Dina iustitia. **M** Thos p⁴ q³ x. q³ vij
hā si porrexit mōrus ad iustitiam p̄ sp̄cū ad fabrā.
rōmit fām. vñ si aliq̄t pñq̄ 300 vñ denarii restaret
op̄z tñ pñ et fuit uox tñ pñq̄ dñi h̄cū m̄ dñi
bo. i q³ q³ x. In intelligēti p̄ dñi qn̄ ipsoit aliq̄t p̄
baruti rōmit. Sēcū si dñt̄ dñm. dñl p̄ sp̄cū mōrus
ro p⁴ lyp. qz itaiby n̄ agit̄ rōdērētia p̄ sp̄cū l̄ statu. s̄
p̄ sp̄cū dñi possit dñl p̄ sp̄cū subdīf alienis i sua dñs.
Spōnsi valeret. z q̄ ido qz i p̄mo rāu illorū accidētis
romana s̄. roti-aliq̄tis li vi. Cēd̄ rāu. aliena dñs.
z rosp̄ianū ligat̄ p̄ solut̄ n̄ pñt. alioquin posset

Inquisitio

paralis clericus disputando de fide catholica non incidat in hanc penam: et doctor decretorum laicus incidat: Tamen sufficit ita esse scriptum. Et solum duo sunt christianorum genera. Clerici et laici. xii. q. I. Duo sunt.

Aquisitio. Sciendū q̄ tribus modis principaliter pcedit ptra aliquē de criminē. videlicet p accusationē. denūciationē. et inquisitionē. Et quidē quō debeat fieri accusatio. vide s. Accusat⁹. et Accusare. Ad denūciationē vō an debeat pcedere charitativa admontio. Dic fin. Iſi. in. iiii. dist. xii. ar. iiij. q̄ pecat⁹. primit⁹ aut est publicū aut secretū. Si publicū non est necesse secretam monitionē pcedere denūciationē. de pe. et re. c. manifesta. Et illud Thib. v. peccantes corā omnib⁹ argue. Si autē est secretum; tūc distinguendū q̄ aut tardatio denūciatiōnis eius pbabiliter videt̄ esse in notabile nouimentū. proximū corporale seu spūiale; vt si aliquid tractaret occulte q̄ ciuitas hostibus tradiceret; vel occulte homines auerteret a fide vel morib⁹. Aut nō iminet tale piculum. Si sic festinandū esset. pcedere ad denūciationē. nec est necessariū expectare quousq; precedat secreta monitio; quia magis cauendum est detrimēto boni corporalis et spūialis reipublice q̄ famē ipsius peccatoris. Si vō peccatum est occultum; nec pō tardatione denūciatiōnis iminet tale piculum. adhuc distinguendū est q̄ aut pbabiliter creditur per conditionē et signa peccatoris et alia que pbabilitate possunt generare; q̄ homo circa eum per secretam monitionem non proficeret; sed ille magis exasperetur contra corridentem et pmonitus subterfugia quereret; vt corrigi non posset; tunc non debet secreta monitio pcedere denūciationē. Aut sperat̄ q̄ secreta monitio proficeret contra ipsum quod semper credendū est nisi per signa pbabilita contrarium videatur. Et tunc dico q̄ ex precepto diuinio debet secreta monitio publicam denūciatiōnem pcedere. non tamē est necessariū; vt pcedat secretam denūciatiōem; que fit soli prelato; maxime quādō denuncians ad hoc compellitur per sui prelati obedientiā. Et si frater ad secretam monitionem se corrigat; deheo desistere a publica denūciatiōne. Et sic intelligitur quod dicitur. ij. q. viij. accusatio. vbi dicitur. q̄ si aliqui sacerdotes ante secretam monitionem lacerare; accusare; vel infamare psumperint; excōmunicent. Si enim possim sine detrimēto spiritualis boni illius quē corrigo et cōmunitatis custodire famam fratris; teneo; et precepto dei famam ipsius non ledere; q̄ preciosior quidē est inter temporalia; et multum utilis ad spiritualia; et multi timore infamie a malo retrahunt̄. Et homines quādō se infamatos cōsiderant; magis sine freno peccant; nō tamē pōpter fratris correctionē factam per secretā admōnitōnem. teneo; desistere secreta denūciatiōne; prelato fienda; quia valet ad p̄cauendum fratri a recidivo; nec est in fame fratris p̄judiciū. Si ta-

lis est prelatus quasi esse debet. Si tamen pers-
igna valde probabilitia; et presumptio[n]es quasi vio-
lentia credere q[ue] ex illa denunciatione: fratrem
correctum infamare vellet: tunc crimen occultu[m]
fratris iam veraciter correctu[m] sibi denunciare non
deberet. hec Mi.

Et ad inquisitionem non procedere debet fama publica; vel clamorosa insinuatio, nec inquisitio debet fieri nisi precedat diffamatio a viris honestis; ne maluolis; non semel sed pluries. Et pro huius causa declaratio. **D**ic fin nota. per docro. in. c. qualiter et quando. el. ii. de accusa. q. quedam est inquisitio generalissima; ut quando platus inquirit super statu locum prouincie; ut in. c. romana. de censilib. vi. Et in hac non est opus infamiam procedere immo tenetur quolibet anno generali inquisitionem facere. Quedam est inquisitio generalis; ut quando inquirit super statu ciuitatis castri vel loci. Et tunc etiam non exigitur quod infamia procedat ad hoc. c. i. de off. o. facit. l. cognit. ff. de off. p. Et ita patet per hoc quod sindicatores rectorum qui vindicant caput et eius membra, puta potestatem capitaneum et eius officiales possunt contra eos inquirere in genere de delictis commissis per eos in eorum officio non precedente fama publica vel clamorosa insinuatione. Et ita de pluetudine feruntur. Quedam est inquisitio specialis; que fit contra certam personam; et si fit non ad penam imponendam; sed ex debito officij; ut matrimonii carnale non contrahant propter aliquod impedimentum vel ut non promouatur quis ad prelatum seu non confirmetur electio; si repitur promouendus vicious; et etiam non exigitur infamia; quia ut dictum est non agitur ad penam; et si fit ex debito officij. Idecum index inquirit ex mero et pure officio et non ad instigationem alterius; ut in dicto. c. j. Et per hoc sint cauti rectores terrarum quod ad hoc; ut ab eis non possit peti copia diffamacionis; semper eum formant inquisitiones dicant. hec est inquisitio qua facit talis contra tales ex suo mero officio. Quandoque ista specialis inquisitio fit ad penam imponendam. Et tunc si ad denunciationem publici officialis; non est opus quod infamia procedat; vt. l. et quidem. L. de accusa. et. c. preterea de testi. co. Sed tamen non denunciantur hoc casu; nisi notoria abs non creditur denunciatoribus; de quo vide supra Familia. Quandoque fit inquisitio specialis; infamia deferente. Et tunc si proceditur contra prelatum secularem; non debet fieri inquisitio; nisi procedat tanta infamia quod sine scandalo non posse tolerari. ut in dicto. c. qualiter. Si autem fit inquisitio contra priuatum secularem; non requiriatur scandalum vel periculum. Sed satis est infamiam clamorosam precessisse. Si autem fit inquisitio contra subditum regularem; et si agitur ad penitentiam seu ad correctionem; tunc non est necessaria seruire ordinem positam in dicto capitulo qualiter; sed de plano et sine strepitu potest procedi. ut in capitulo. reprobabilibus. de appellati. Si vero contra prelatum regularē; truncant ptra

Inscriptio

F. o. CXL.

abbatem: aut contra priorem sententiam: vel alius habentem chartam auctoritate episcopi. Et tunc debet oportere servari positus in dicitur. e qualiter. sed non ad uniuersitatem. Debet tamen servari aliquis ordo. Micau. remouere ordo quoque ad subtilitatem: non quo ad veritatem. Si protra aliud regularem obedienciam iurum. tunc non seruat iste ordo: quia potest remoueri ad libitum abbatis ab administracione: ut in c. cuius ad monasterium de statu monachorum. Idem fallit fideliter quoddam: ubi inquisitio sit presente parte: et non opponente se diffamatam esse: vel diffamatam non precessisse non legitime: ut in c. iij. de accusacione. vi. Item fallit ubi inquisitio formatur protra confessum crimen: ut in c. primo. de confessione. li. vi. In criminalibus vero in quo index peccatum ex necessitate officii: non est necessaria diffamatio. quod est notandum: pro inquisitio que sunt hodie per rectores terrarum. Tunc sit necesse diffamatonem procedere. Nam si de necessitate officii inquirere tenentur: non est necessaria diffamatio. Sed si inquirunt ex voluntate non necessitate: tunc si inquirunt ad petitionem alterius: necessaria est diffamatio. Si vero ex mero officio: vel ad de remouendos publicis officiis: non est necessaria diffamatio procedere. ut dictum est.

Anhautem inquisitus tenetur de omnibus respondere veritatem de quib[us] fuerit interrogatus: Distinguendū est fm Pe. de palu. in. iij. Aut certus est q[uod] index inquirit de criminis in casu in quo potest de iure, et tunc tenetur homo sibi dicere raz de se: q[uod] de alio; quia mentiri in iudicio est mortale. Aut certum est q[uod] ipse iniuste inquirit, vtp[ro]ta, q[uod] non precessit accusatio; nec denunciatione; nec clamor, nisi insinuatione; nec infamia illius; nec factum ē diuulgatum; nec denunciarum in generali; nec ī spe- ciali. tunc enim nō tenetur; nec de se; nec de aliquo alio respondere; quia ille in hoc nō est suus index. Et fm Lu. dero. in suis singularibus; talis confessio in iudicis precedentib[us] non valeat. At etiam iudicis si supenemiant post questionem habitam illam p[ro]fessionem non p[ro]ficiat, vt dictū est S. Con-sellio judicialis.

An autem p̄fētēns proprium delictum: debeat interrogari de alijs criminosis: Rū. Bar. in. l. re per. ff. de questi. distinguit. q̄ quedam sunt delicta que non p̄mittuntur principaliter in offendaz vel odium alij cuiusq; sed p̄pter comedum committeuntur; vt falsare monetam: seu eā fabricare. Itē latrocinia facere. Nam latrones non odiunt alij quenq; sed diligunt es alterius. Et in isto casu possunt interrogari de socijs. vt probatur in. l. diuīs ff. de custo. re. et in. l. prouinciaz. L. de ferijs. Quidam sunt delicta: que p̄mittuntur principaliter in odium offendit. Et in istis p̄fessis de se: non debent interrogari de alijs: vt in dicta. l. repetu. zl. ultima L. de accus. s̄ fallit in casu. l. prius. ff. ad s̄ll. Et fin Pano. in. c. pamo. de conse. etiam fallit in crimine lese maiestatis. Et ex predictis infert Barto. q̄ fures possunt interrogari de socijs z de recepta tonibus et similibus ar. dicte. l. diuīs. Ratio p̄dictiorum est: quia quando delictum committitur in alterius iniuriam: es qui alios potest accipiare: sed

indire arbitrio comititia. Et sufficiat q̄ sit
maḡ contra formam. Itē Exq̄ ipo q̄ ratiōne
facti nō faciat indicium. Iū si essent d̄
tib̄ ratiōnē rōsōrum rei

non ita in delictis que non committuntur principes
paliter in alterius iniuria. Ideo magis permittitur
iudici inquirere.

Quero. An fama faciat plenam fidem? **Resp.** Bar. in. l. de minore. ss. de questi. refert. **Dy.** et **L.** tenere. qd fama cum uno teste faciat plenam probatōnem in cūilibus: non in criminalibus; in quibus requiruntur probations luce clariores. **S** libri videtur dicendum qd quedam sunt in quibus sufficit famam sic esse; licet in veritate sicut sit: tunc sufficit probatio fame. **vt.** l. barbarus. ss. de offi. preto. **Quandoq;** requiritur probatio veritatis; qd ita sit. **Et** tunc quedam sunt in quibus ipsa fama seu communis opinio facit veritatem et inducit. **Et** tunc sufficit probatio fame. **vt.** l. iij. **S.** j. ss. de flu. **Facit.** l. cuz de lantonijs. **S.** asinā. **d.** de sum. instruc. **Quedam** sunt in quibus ipsa fama seu communis opinio non inducit veritatem. **Et** in hoc dico. qd si quidem est fama probata solum ex voce populi non probata aliqua presumptione; ex qua dicta fama et opinio trahat originem. tunc qd ista non probat; sed magis dicetur vana vox populi; que non est audiēda. **Sed** licet nō p̄ber: in adiuvaret probationem iam factam. **vt.** l. iij. **S.** eiusdez. ss. de testi. **Si** vō ista fama esset probata; que traxit originem ex aliquibus presumptionibus legitimis; precedentibus: tunc dico qd in quibus das causibus facit plenam probatōnem. **Vt p̄puta.** in causis breuiorib; vel modici preiudicij. **Sed** an faciat se implenam: ita qd prober euz uno teste? **Dico** qd debemus considerare illa indicia et illas presumptōnes et quibus fama traxit originem; qualiter v̄gēat. **Et** si m̄ qualitates illas dicam: **Istam** famam facere semiplenam probationem; vel non facere. Ita debet intelligi glo. in. l. exercitatur. **S.** j. de excu. tu. et dicas. l. iij. **Et** ex hoc habes etiam perpendere utrū fama sit sufficiens indicium ad tormenta: vel non hec Bar. vide etiam eū eo. ti. in. l. ex libero. vbi dicit qd licet mino: non possit torqueri: **vt** ex eius dicto aliquis p̄deminetur **vt ibi:** potest tamē torque ri: **vt** ex eius dicto sumat indicium; p̄ter qd veritas inquiratur. **T**o quebif autem ferula vel zona **vt nota h̄n.** l. talis. in prima glo. **L.** de his qd **vt in dig.** **M**ota etiā panor. in. d. c. j. qd illud qd dicit. qd unus testis facit indicium sufficiens ad torturam d̄s intelligi in teste integrō. **Qd dicio**

Inscriptio. **Q**ui accusat alia
quem: debet se inscribere: id est ad pena-
talioris: si non probauerit se obligares
vris. Acculare.
Ad hanc inscriptio semper sit necessaria: Re-
sponso: quando crimen non opponitur directe per
modum accusacionis vel denunciationis: sed per
modum exceptonis: ut cum obiicitur accusatori:
vel testi ad hoc ut ab accusatore: vel testificatione
repellatur: vel electo: ut a promotione excludatur
non est necessaria inscriptio. Sed si obiiciatur ius
confirmatio: puta: in consecratione: obiciens de-
bet se obligare ad penam extraordinariam ad ar-
bitriam iudicis circa vinculum inscriptionis: pas-

⁸⁸ mala. l' Alia risa
lantis d'samia fr̄i Et sercoſtis p̄mū p̄mū no ē h̄ſt̄ ido
m̄ no ē oī excep̄r̄ maior̄ et q̄d̄ ſt̄l̄ d' d'samis d'samia
l' t̄q̄ ſt̄l̄ plus' r̄f̄t̄tis ſt̄l̄ p̄mū no effent idom̄ ihs,

Interdictū.

*electus crimine sic probato perdit quod per electi-
onem et confirmacionem ei fuerat acquituum; sed prius
habita non amittit. extra de accusacione his. et c. quali-
ter et quia. et secundo.*

Aterdictum primo.
Quid sit et quod sunt eius species? Quo ad primum dic qd interdictum est priuatio quo ad aliqua ecclesiastica per sententia iuris vi iudicis facta. Quo ad secundum dic qd eae sunt species. s. loci; aut psonae. Interdictum loci; aut est generale; aut speciale; aut particolare. Et simili modo dividitur interdictum personae; sive hominis. Et de q libet istorum est dicendum. Interdictum loci generale dicitur; nō tñ quando regnū vel punctionia interdictum; sed etiam si ciuitas; vel villa; vel castrum vnum; solum interdictum extra de ver. sig. cuz in partib. quia dicitur generale qdum ad locum illuz; cum nullus excipiatur; ut ibi dicit glo. Et cum interdictum terra aliquius dominii intelligitur de ea que est sua quo ad dominium iuris dictionale. Et multo fortius si terra illius domini; esset simpliciter et absolute propria. Item intelligitur de terra quaz bz ab alio in feudum. vel emphiteosum. Item intelligitur de terra; que pertinet ad ipsum dominium ratione doris uxoris; quia maritus; constante matrimonio; est dominus doris uxoris. Item intelligit de terra sibi pignorata; si proferens dixit Interdicto terram quaz talis tenet. Secus si dixerit. Interdicto terra sua fm Jo. an. Item si talis dominus cuius terra interdictum habet terram in diversis punctionibus; vel diversis locis. Si habet eam p parte et pro diuisio; omnes ille partes subiacent interdicto. Sed si pro indiviso fecis; ne innocens puniatur. Si autem postea dñs acquirat nouam terram; talis terra non subiacet interdicto; nisi lator lententie expressisset; vel intenderet tam de ea quā habebat; qd de ea quam habiturus esset. Si autem vendit terram interdictam; vel perdit eam; nō ppter hoc tollitur interdictum; cum onus rei transcat cum ipsa re.

Munquid autem ciuitate interdicta; sunt cues ei⁹
interdicti? R̄. qu⁹ „pter delictum dñi: vel rector⁹
est ciuitas interdicta: cues ei⁹ qui culpabiles non
existunt: sunt interdicti: dummodo t ipsi „pter do-
minū: vel rector⁹ in eis puniendi: non fuerint in-
terdicti: unde poterit in alijs locis ei⁹ non interdictis
interesse diuinis: c. si sua extra de sen. et. li. vi.

Quid de bonib[us] nō interdictis venientibus aliunde ad terrā interdictam, nunq[ue] ibi poterūt audire diuinā? Rū. Aste[n]. vbi s. de mente Illo. dicit. q[ui] nec poterūt celebrare; nec audire diuinā q[ue] loco interdicto; intelligit omnib[us] interdictū ibi audiē diuinā; nisi sup hoc sūnt priuilegiati. puta si ac cipientes signū crucis, p[ro] subsidio terre sancte vel quibus alij. Et hoc nūc est expressum de priuiliis. l[et]et. primo Rū. li. vi.

Interdictū autē loci speciale; sen p̄ticulare dicit; qn̄ vna certa eccl̄ia; vel etiam plures certe eccl̄ie nō omnes alicuius ciuitatis supponunt interdicto; vt extra de sen. ex. si ciuitas. li. vi. Et intellige;

qc nec in capella nec in cimiterio ecclie interdicto
stiguis potest celebrari; nisi, put a iure punitur vel se
peliri. Secus si non sint ei stigia, vnde antiqua sunt
quoz ultima se pingunt. Scindit etiam quod inter-
dicta ecclie; non, propter hoc intelligit clerici illius ec-
clesie interdictus, ut licite clericis illius ecclie cele-
brare possent in alia ecclie ar. li. vi. de primi, per
emptiorem, et similiter interdicto ciero aliqui ecclie
sunt, non propter hoc intelligit ecclie interdicta, vnde
alii clericis licite celebrarent in ea fin. Jo. an. in d. c.
si finia. Item quoniam interdictum clerici aliqui loci non est
hoc intelligitur populus illius loci interdictus; quod hec
sunt diuersa. Et econtra. d. c. si finia. Et fin. Job.
cal. appellatone clericis intelligit spineri, non solum
propositos ad ordinis; sed etiam religiosos, pueros et
puerulas; qui ita sunt ad eccliam translatis; quod de po-
pulo, prie dici non potest, xij. q. s. duo sunt.

Interdictū autē psonae: sive hominis. alīnd ē generale. alīnd est spāle: sive p̄iculare. Generale est: quando interdicunt homines regni: vel prouincie: ciuitatēs vel vllle: vel castri etiam viiius tñi. ar- dicto. c. cum in partib. Aliud est enim interdic- re locum et homines loci. Si enī locū est hī interdictus: homines loci: qui nō de- derunt causam interdictio: aūbi possunt audire di- uina: et ecclesiastica recipere sacramenta. Si vol- cus et homines loci sunt interdicti: nō possunt ali- bi: nisi in casibus expressis a iure. vi colligitur i di- cto. c. si sententia. in tex. et glo. Particulare vō: vel speciale interdictum hominis. qđ p̄rie dicitur si- spensio est: qđ suspendit: vel interdict certa per- sona: vō etiā incerta: vt cū dī. Qui fecit siue vel fecit interdictus ipso facto. Et isti quoqūc vadūt: semper sunt interdicti: nisi absoluant: vel nisi interdi- cillum sit ad tempus. vnde Interdicti sine genera- ter: sive gnālii sive spālii: sive singulari: nō p̄nē ex- ercere aliquę actuz: qui p̄tineat ad ordines: aut ad celebratōes diuinor. Als essent irregulares velsi- spensi fin q̄ infligunt pena violentib interdictum ex. I. dicetur.

Can ante*z* huiusmodi interdicti sint vitandi ab aliis? Respon. de hoc dicendum est: sicut de excommunicatis et suspensis, vix an sint nominatum et expresse interdicti; vel ve: sicut dicitur in concilio Basiliensi.

CDonec q̄ homines alicuius loci sint interdicti. n̄i
quid si quis ex eis se transferat ad aliud domicilium
remanebit interdictus? R̄. Asten. q̄ sic donec sen-
tentia saltem circa cū relaxet. Si tñ uider non int̄e-
debat ligare subditos illius domini: n̄i q̄dī ei
sunt sub dominio eius: tñ c̄q̄t delinunt esse sub
dominio eius definitum esse etiā interdictum ne eḡit
alia relaxatione speciali fm̄ quo sdam Job. tamen
caldri. tenet indistincte q̄ si domicilium transtule-
runt: non amplius sint interdicti. Item labentes
ignorantes excusantur. extra de cleri. excom. apo-
stolice. Item populus non interdictus si fiat d̄ po-
pulo interdicto: efficitur interdictus fm̄ Caldri.
Item si interdicatur populus: vel universitas. col-
legium. vel commune alicuius loci: non intelligi-
tur per hoc locus ille interdictus fm̄ Jo. an. in. d.

Interdictū].

Fo. CXLI.

Si sententia quia aliud est interdictum loci aliud
vniuersitatis. vel collegij. poterit ergo celebrari al
ta voce in illo loco ut prius: interdictis tñ exclusis
et poterint admitti omnes qui non sunt de populo
illo. Sed fin. Jo. cal. scilicet hoc dictu Jo. an. proce
dat de iure scripto: tñ prestare videtur occasionem
periculi. Audient enim voces publice celebrantur
ab interdictis. et p. hoc vilipenderet censura eccl
esiæ. vnde plurimorum esset clericis: ut tali interdicto
durante abstinenter a publica celebratōne. Itē si
existens de populo interdicto: vel vniuersitate. si
banniat simpliciter et non ad tempus cessat inter
dictum: quia non censet amplius de vniuersitate
vel populo illo: sed p. iniatus vel relegatus bñ p
manet interdictus: quia adhuc censet de corpore
vniuersitatis fin. Cal. Item si talis de populo vel
vniuersitate interdictus ingrediat monasterii p
fessionem: inclubit antea poterit ordinari: q. de se
nit esse de populo totaliter. Sed ante professionem:
p. illu est q. nō ordinatur: tali interdicto durante:
si tamen fuerit ordinatus: putat Jo. cal. illam ordi
natōnem tenere. Item de absentibus tempore la
te sententie interdicti: et d. p. sentibz non plenienti
bus: sed p. radicibus aliorum culpe. ppter quam
latum est interdictum: an. ligentur: Jo. an. refert
quodam religiosos tenere: tales non ligari: etiam
quo ad ecclesiā: quia absens et ignorans ex male
ficio nō obligatur. Sed dicit ipse q. isti nō ponde
rant: q. pena interdicti etiam puniunt qui nō pec
cauerint: de spō. nō est. vñ tenet absentes et contra
dientes ligari quod probat dicta decre. si sīna.
Et per idem dici potest. Quid de mulieribus q
vñ p. radicibus inq. p. nō est: et nihilominus dicen
tibus q. sunt interdicti: licet ferat Jo. de deo dixi
se p. tratum.

Quid autem de impuberibus: Ad hoc fertur
Jo. de deo respondisse. q. si sunt dolí capaces. Idē
dicendum de eis quod de alijs siquia etas illa ē ple
